



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1847

XLIII. Der Papst Innocenz III. bestätigt dem Domcapitel in Brandenburg dessen Gerechtsame und Besitzthümer, am 17. März 1214.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54048)

sedis Legati, nostroque consilio eidem monasterio conferentes, sc. XXIII. jugera prati, mansum et dimidium agrorum, tria arbusa prope Ankun, in molendino, quod situm est inter ipsum claustrum et oppidum ante dictum, VIII. Choros siliginis, duos choros tritici, ac duos porcos, XII. in hebdomadibus impignandos, nec non et vivarium piscium, cum graminum omnium usu. In villa quoque Stokelitz X. choros siliginis, et totidem avene, in villis etiam, que Leptow uno nomine nuncupantur, V. choros ordei, et in loco, qui Mucbele dicitur, gregem pascendi liberam facultatem, duos denarios annuatim de fossato claustrali curie adjacenti, et villam que Leukensdorp dicitur, cum omnibus suis redditibus, tam in censu, in quam alio universo ministerio, talentum quoque unum in thelonio Seerwift. In villa etiam que Poghelsvorde nominatur, I. choros siliginis, et X. solidos annuatim, ecclesiam etiam in Lyzkow, et filias suas in Jiterchow et Bernardisdorp, ecclesiam in Bornem et filias in Prybene, et III. talenta annuatim Scherwiftenfi in moneta in Ankun, que jam dictum cenobium XXXVIII. marcis comparavit erga Dominum Henricum civitatis supradicte. Adjunctum est nihilominus in hac ferie constitutionis, quod decima omnium que impresentiarum Cenobium possidet, vel que in futuro quorumlibet largitione fidelium, seu aliis justis modis Domino concedente poterit adipisci, alimonie et usibus pauperum impendantur. Cum igitur ex officio pastoralis personas diligere religiosas, eisque nostrum teneamur presidium impertiri, pefatam constitutionem et constitutionis dispositionem firmam perpetuam et inconvulsam, volumus permanere, ipsi sigilli nostro signaculo roboratam transmittimus notitie posterorum, ne quis eam infringat auctoritate Dei et B. Apostolorum Petri et Pauli, ac nostro sub anathemate prohibemus, adhibitis idoneis testibus, quorum nomina sunt hec: Henricus, Abbas in Lenyn, Wilhelmus, Abbas in Cenna, Sifridus Brand. Prepositus in Liezeke Magister Balduinus, et Gerbertus, Canonicus S. Sebastiani in Magdeburg, Nicolaus, Plebanus in Jezere, Herwigus de S. Bartholomeo, Henricus de S. Nicolao, Conradus de Ankun, Plebani in Scherwift, Laici Gumbertus de Wefenburch, Richardus de Plaue, Gumpertus de Loyburg, Arnoldus de Trebin, Burchardus de Brezene, alique quam plures Clerici et Laici. Datum Jezera per manum Alexandri notarii nostri, V. Id. Jun. A. J. D. MCCXIV. Indict. II. Pontificatus nostri A. VII.

Beckmann's Anhalt, Hist. III., 225. 226. Buchholz IV, 49.

XLIII. Der Pappst Innocenz III. bestätigt dem Domcapitel in Brandenburg dessen Gerechtfame und Besißthümer, am 17. März 1214.

Innocentius, episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis: capitulo Brandenburgensi, Premonstratensis ordinis, salutem et apostolicam benedictionem, — dilecti in domino filii, vestris justis postulacionibus grato concurrentes assensu, ecclesiam vestram cum omnibus bonis, que in presentiarum rationabiliter possidet, aut in futurum justis modis prestante domino poterit adipisci, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum etc. Datum Rome, apud sanctum Petrum, XVI. Kal. Aprilis, pontificatus nostri anno septimo decimo.

Nach dem Originale.